And there came a Leper to him desiringe him, and kneled downe vnto him, and sayde to hi, yf thou wylte, thou canst make me clene And Iesus had cõpassion on him & put forth his hand touched him & sayde to him: I wyll be ỹ clene. And assone as he had spoken, immediatly the leprosy departed from hi & he was clensed. And he charged him, & sent him away forthwith & sayde vnto him: See thou saye nothynge to any man: but get the hence and shewe thy selfe to the preest, and offre for thy

quia cum maledicto eorum spiritibus immundis imperat et obediunt ei. Exiuit autem fama eius statim in totum vndique regionem Galileę circumiacentem.

Et protinus e Synagoga egressi, venerunt in domum Simonis & Andreę, cum Iacobo & Ioanne: Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & continuo dicunt ei de illa. Et accedens erexit eam, apprehensa manu eius, & reliquit eam febris illico, & ministrabat eis.

Vespere vero, cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & qui a demoniis agitabantur. Et ciuitas tota congregata erat ad ostium, et sanauit multos, qui egrotabant variis morbis, & demonia multa eiiciebat & non sinebat loqui demonia, q ipsum nouissent.

Et mane multo adhuc noctis cum resurrexisset, egressus est, et abiit Iesus in desertum locum, ibiq orabat, et prosequutus eũ Simon, & qui cum illo erant: & cum inuenissent eum dicunt ei.

Omnes te quærunt. Et, ait illis. Eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem, in hoc enim egressus sum. Et prædicabat in synagogis eorum in tota Galilæa, et demonia eiiciebat.

Et venit ad eum leprosus, deprecans eum, eiq ad genua accidens, ac dicens illi. Si vis, potes me mundare. Iesus autem misertus protenta manu tetigit illum, et dicit ei. Volo, mundus esto. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, et mundatus est, et cõminatus ei, statim emisit illum dicitq ei. Vide ne cui q dixeris, sed abi, ostende te sacerdoti, et offer pro emundatione tua, q præcepit

Moses in testimonium illis. At ille egressus cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem, ita vt iam non posset Iesus manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis erat, et veniebant ad eum vndique.

CAPVT. II.

ET iterum intrauit Capernaum post dies aliquot, & auditum est q̃ in domo esset. Et protinus congregati sunt multi, adeo vt iam non caperent eos, nec illa loca quæ erant circa ianuam, et loquebatur eis sermonem. Et veniunt ad eum ferentes paralyticum, quia quatuor portabatur.

Et cum non possent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat, et perfossoq; tecto. Funibus demittunt grabbatum, in quo paralyticus decumbebat. Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, remittuntur tibi peccata tua.

Erant autem illic quidam de scribis sedentes, et cogitantes in cordibus suis. Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? Et protinus vbi cognouisset, Iesus spiritu suo, q̃ sic cogitarent intra sese, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Vtrum est facilius dicere paralytico, remittuntur tibi peccata an dicere. Surge & tolle grabbatum tuum, & ambula? Vt autem sciatis, q̃ filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, ac tolle grabbatum tuũ & abi in domum tuam. Et statim surrexit sublatoq; grabbato, egressus est in conspectu omnium, adeo vt stupescerent omnes & glorificarent Deum, dicentes: Nunquam sic vidimus.

thy clensing, those thinges which Moyses cõmaunded, for a testymoniall vnto them. But he (assone as he was departed) began to tell many thynges, And to publisshe the dedes so muche that Jesꝰ coulde nomore openly enter into ỹ citie, but was without i desert places And they came to him from all quarters.

The .ii. Chapitre. A

After a fewe dates he entred ito Capernaum againe, and it was noysed that he was in a house. And anon many gathered togyther in so much that nowe there was no roume to receiue them: no, nat so muche as a bout the dore. And he preched the word vnto them. And there came vnto him ỹ brought one sycke of the palsie, borne of foure men. And bycause they coulde nat come nye vnto him for preasse, they vncouered the rofe of the house wher he was. And when they had broken it open, they let downe the bedde wherin the sicke of the palsie lay. When Jesus sawe their faithe, he sayde to the sicke of the palsie sonne thy sinnes are forgiuen the.

And there were certaine of the Scribes B sittinge there, and reasoning in their hertes howe dothe thys felowe so blapheme. who can forgiue sinnes, but God onely. And immediatly when Jesus perceiued in his spirite, that they so reasoned in them selues, he saide vnto them, why thinke ye such thinges in your hertes: whether it is easier to say to the sycke of the palsie, thy sinnes are forgyuen the, or to saye, arise take vp thi bed, and walke. That ye may knowe that the son of man hath power to forgiue sinnes, he spake vnto the sicke of the palsy: I saie vnto the arise and take vp thi bedde, and get the hẽce into thyne owne house. And by and by he arose and toke vp the bed, & went forth before them al: in so much that they were al amased and

and glorified god, sayeng: We neuer sawe it on this fashyon.

C And he wēt agayne vnto the see, and all ꝑ people resorted vnto him, and he taught them. And as Iesꝰ passed by, he sawe Leuy the sonne of Alphe syt at the receipte of custome, & sayde vnto him: folowe me. And he arose and folowed him. And it came to passe as Iesꝰ sat at meate in hꝭ house, many publycans and synners sat at meat also with Iesꝰ, and his disciples. For ther were many that folowed hi. And whē the Scrybes & Pharyseis sawe him eate with publycans and sinners, they sayde to his disciples: howe is it, that he eateth and drinketh with publycans and synners? &c he Iesus harde that, he sayde vnto them. The whole hathe no nede of the Phisicion, but the sycke. I came nat to call the ryght wyse, but the sinners to repentaunce.

And the dyscyples of John and the Pharyseis did fast, & therfore cam and sayd vnto hi Why do ꝑ disciples of John, & of the Pharyseis fast, and thy disciples fast nat. And Iesus sayd vnto them: cā the chyldren of a wedding fast, whylst the brydgrome is with the As longe as they haue the brydgrome with them, they can nat fast. But the dayes wyll come when the brydgrome shalbe taken frō them, and then shal they fast in those dayes.

D Also no man peceth a pece of newe cloth to an olde garment, for then taketh he awaye ꝑ newe pece frō the olde, & so is the rent worse.

In lykewise no man powreth newe wine into olde vessels, for yf he do, the newe wine breaketh the vessels, & the wine runneth out and the vessels are marred. But newe wyne must be poured into newe vessels.

And it chaunsed that he went thorowe the corne feldes on the Sabboth daye: & his disciples as they went in theyr waye, began to

F.i. plucke

Sedent Deum, dicentes: Nō quomodo videmus.

Et egressus est rursum ad mare, et omnis turba veniebat ad eum, et docebat eos. Et cum praeteriret Iesus, vidit Leui Alphei sedentem ad telonium, et ait illi: Sequere me. Ille surgens, secutus est eum. Et factum est, cum accumberet in domo illius multi etiam Publicani, et peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi qui secuti fuerant eum.

Et Scribae ac Pharisaei cum vidissent eum cum peccatoribus et publicanis manducantem, dicebant discipulis eius: Quid est quod cum Publicanis et peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito Iesus, ait illis: non opus habent, qui valent medico, sed qui male habent. Non veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

Et discipuli Ioannis ac Pharisaeorum ieiunabant, veniunt, & quae, et dicunt illi: Quare discipuli Ioannis et Pharisaeorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus: Num possunt filii thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est ieiunare? Quamdiu habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Et nemo assumentum pannī rudis affert vestimento veteri, alioquin auferet supplementum eius nouum a veteri, et peior scissura fit.

Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres alioquin rumpit vinum nouum vtres et vinum effunditur et vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouas mitti debet.

Et accidit, vt in sabbatis ambularet per segetes, et coepe-

1. Tim. 1. c. Mat. ix. Luc. v. f.

Mat. xii. a. Luc. vi. a.

vellere spicas, et Pharisæi dicebant ei: Ecce quid faciunt sabbatis quod non licet? Et ipse ait illis: Nunquam legistis quid fecerit David, cum opus haberet, et esuriret ipse, et qui cum eo erant? quomodo ingressus sit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis comederit, quos non licet edere, nisi sacerdotibus, & dederit etiam iis qui secum erant. Et dicebat illis. Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter Sabbatum. Itaque dominus est filius hominis etiam Sabbati.

CAPVT. iii.

ET introiuit iterum in Synagogam & erat ibi homo, arefactum habens manum, et observabant eum an sabbatis sanaturus esset eum, vt accusarent illum. Et ait homini habenti manum arefactam: Surge in medium, & dicit illis: Vtrum licet sabbatis benefacere an malefacere? animam seruare an occidere? At illi tacebant. Et cum circumspexisset eos cum iracundia, condolescens super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illius sana vt altera.

Egressi vero Pharisæi, statim vna cum Herodianis consilium inibant aduersus eum, vt illum perderent. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & ingens multitudo a Galilea secuta est eum, & a Iudea, & ab Hierosolymis, & ab Idumea, et trans Iordanem, et qui circa Tyrum habitabant ac Sidonem, hominum multitudo magna, qui cum audissent, quæ faciebat, venerunt ad eum.

plucke the eares of corne. And the phariseys sayde vnto him: beholde, why do they on the Sabboth daies ỳ which is nat lawful? And he sayd to the: haue ye neuer red what Dauid dyd, when he had nede, and was an hungred bothe he and they that were with him? Howe he went into the house of God in the days of Abyathar the hye preest, and did eate the halowed loues, which is nat lawful to eate, but for the preestes onlye, and gaue also to them wyche were with him: and he sayde to them The Sabboth was made for man, and nat man for the Sabboth. Wherfore the sone of man is Lorde euen of the Sabboth daye. 1. Reg. 1, 1.

The. iii. Chapiter.

AND he entred agayne into the Synagoge: and there was a man which had A awydered hand. And they watched him to se whyther he wolde heale him on the Saboth day, that they myght accuse him. And he sayd vnto the man which had the wydered hande aryse and stande in the myddes. And he sayd to them. Whether is it lawfull to do a good dede on ỳ Sabboth daies, or an euyl? to saue lyfe or kyll: But they helde theyr peas, And he loked round about on them angerlye mourning on the blyndnes of theyr hertes, and sayd to the man, stretch forth thy hande. And he stretched it out, and his hande was restored euen as whole as the other.

AND the phariseis departed, & streyght way gathered a counsel, with them that belonged to Herode, agaynst him that they myght destroy him. And Jesꝰ auoyded with his disciples to the see. And a great multytude folowed hi from Galyle and from Jury, and frō Jerusalem, & frō Idumea, & frō beyond Jordan, & they that dwelte about Tyre and Sydon a great multytude, which when they had B harde what thinges he dyd: came to hym.

And

And he commaunded his disciples, that a shyppe shulde wayte on him, bycause of the people, lesse they shoulde thronge him. For he had healed many, in so muche that they preased vpon him for to touche him as many as had plages. And when the vnclene spirites sawe him: they fell downe before hym, and cryed, sayinge: thou arte the son of God. And he straitly charged them that they shuld nat vtter him.

Mat.x. & Luc.vi.b.

And he went vp into a mountayne, & called vnto him whom he wolde, and they came vnto him. And he ordeyned the twelue that they shulde be with hun, and that he might sende them to preache, and that they myght haue power to heale sycknesses, and to caste out deuils. And he gaue Symon to name Peter. And he called James the son of Zebede, and John James brother, & gaue the Bonarges to name, whiche is to saye, the sonnes of thunder. And Andrewe and Philipp and Bartilmewe, and Mathewe, & Thomas and James the son of Alphey, and Taddeus and Simon of Cane, and Judas Iscariothe, whiche same also betraied him.

C

A

And they came vnto house, and the people assébled together againe, so greatly that they had no leysar, so much as to eate breade. And when they that longed vnto him harde of it: they went out to holde him. For they thought he had bene beside him self. And the Scribes whiche came from Jerusalem, saide: he hathe Belzebub, & by the power of the chiefe deuyl casteth out deuyls. And he called them vnto him: and saide vnto them in similitudes.

Mat.xv.d. & xii.b. Luc.xi.b.

D

How can Sathan dryue out Sathane? For yf a realme be deuided against it selfe, that realme can nat endure. Or if a house be deuided against it selfe, that house can nat contynue: So if Sathan make insurrectiō against

Et fecit discipulis suis, vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne opprimerent eum. Multos enim sanauerat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent, quotquot afflictionem habebant. Et spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, et clamabant, dicentes, Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne se manifestum facerent.

Et ascendit in montem, et vocat ad se quos voluit ipse, et venerunt ad eum. Et fecit duodecim vt essent secum, et vt emitteret eos ad prædicandum, et habere potestatem sanandi infirmitates, et eiciendi dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petrum, et Iacobum filium Zebedæi, et Ioannem fratrem Iacobi, et imposuit eis nomina Boanerges quod est, filii tonitrui, et Andream, et Philippum, et Bartholomæum, et Matthæum, et Thomam, et Iacobum Alphæi, et Thaddæum, et Simonem Cananæum, et Iudam Iscariotem, qui et prodidit illum.

Et veniunt in domum, et conuenit iterum turba, ita vt non possent neque panem edere. Et cum audissent qui ad illum erant, exierunt vt tenerent eum. Dicebant enim, in furorem versus est. Et Scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant, Beelzebub habet, et per principem dæmoniorum eiicit dæmonia. Et ad se vocatis eis, in parabolis dicebat illis.

Quomodo potest Satanas Satanam eiicere? Et si regnum super se ipsum diuisum fuerit, non potest stare regnum illud. Et si domus super semetipsam diuisa fuerit, non potest domus illa stare.

semetipsum, ne diuisus est, non
potest stare, sed finem habet.
Non potest quisq; vasa fortis
ingressus in domum illius, di-
ripere, nisi prius fortem alli-
gauit, & tunc domum eius di-
ripiet: Amen dico vobis: Om-
nia remittentur filiis hominū
peccata & conuicia, quibuscū-
que conuiciati fuerint. At qui
conuicium dixerit in spiritū
sanctum, non habet remissio-
nem in eternum, sed obnoxius
est eterno iudicio. Dicebant
enim, spiritū immundū habet.

Et veniunt mater eius et fra-
tres, & foris stantes, miserunt
ad eum qui euocarent eum, &
sedebat turba circa eum, di-
xerunt que ei: Ecce mater tua &
fratres tui foris quærunt te.
Et respondit eis, dicens. Que
est mater mea, & fratres mei?
Et cum circumspexisset in cir-
cuitu circum se discipulos se-
dentes, ait: Ecce mater mea
& fratres mei. Qui enim fe-
cerit voluntatem Dei, hic fra-
ter meus, et soror mea, et ma-
ter est.

CAPVT. iiii.

ET iterum coepit docere
iuxta mare, & congre-
gata est ad eum turba
multa, ita vt nauim ingres-
sus sederet in mari, & tota
turba iuxta mare in terra
erat, & docebat eos per pa-
rabolas multa, & dicebat il-
lis in doctrina sua: Audite.
Ecce exibat seminator ad
seminandum, & accidit inter
seminandum aliud quidem
cecidit secus viam, venerunt
que volucres coeli, & com-
ederunt illud. Aliud vero
cecidit super petrosa, vbi
non habuit terram multam, &
statim exortum est, quod non
haberet altitudinem terre,
sole autem exorto, estu assa-
tum est, & eo quod non ha-
beret radicem, exaruit. Et
aliud cecidit in spinas, & as-
cenderunt spine, & suffo-

him selfe and be deuided, he can not endure
but is at an ende. No man can enter into a
strong mans house & take away his goodes,
except he fyrst binde that strong man, and
spoyle his house. Verely I saye vnto you: all
sinnes shalbe forgiuen vnto mens chyldren
and blasphemye wherewith they blaspheme.
But he that blasphemeth the holy Goost, shall
neuer haue forgiuenes: but is in daunger of
eternal dampnacion, bycause they sayde, he
had an vnclene spirite.

Then came his mother and his brethren, and
stode without, & sent vnto hi and called him.
And the people sat about him, and said vnto
him: behold thy mother and thy brethren seke
for the withoute. And he answered them say-
ing: who is my mother and my brethren? And
he loked round about on hi disciples, whiche
sat in compasse about him, and said: beholde
my mother and my brethren. For whosoeuer
doeth the wyll of God, he is my brother, my
syster, and mother.

Mat. xii.
Luc. viii.

The. iiii. Chapiter.

AND he began againe to reache by the
sea syde. And there gathered togither
vnto him muche people, so greatly that he en-
tred into a shyp, and sat in the sea, and all the
people was by the sea syde on the shore. And
he taught many thinges in similitudes: and
sayde vnto them in his doctrine. Herken to.
Beholde, there went out a sower to sow. And
it fortuned as he sowed, that some fell by the
waye syde, and the fowles of the ayre came
and deuoured it vppe. Some fell on stony
grounde, where it had not muche earthe: and
by and by sprange vp, bicause it had no depth
of earthe, but assone as the sonne was vp, it
caught heate, and bicause it had no rotinge,
withered awaye. And some fell amonge the
thornes, and the thornes grewe vp and cho-

A

Mat. xiii.
Luc. viii.

ked

ther it, so that it gaue no fruyte. And some fell vpon good grounde, and dyd yelde fruyt that sprange and grewe, and brought forthe: some thyrty folde, some sixty fold, and some an hundred folde. And he sayde vnto them: He that hath eares to heare, let him heare. ¶

And when he was alone, they that were aboute hym with the twelue axed hym of the symylytude, and he sayde vnto them: To you it is gyuen to knowe the mysterye of the kyngedome of God. But vnto them that are without: shall all thynges be done in symylytudes that when they se, they shall se, and nat dyscerne: and when they heare, they shall heare, and nat vnderstande: leaste at any tyme they shulde tourne: and their synnes shulde be forgyuen them, and he said vnto them: perceiue ye nat this symylytude? Howe then shulde ye vnderstande all other symylytudes.

Esay. vi. c. Mat. xiii. c. Luc. iii. b. Ioh. xii. c. Hoar. xi. b.

The sower sowethe the worde, and they that are by the way side, where the worde is sowen, are they to whom as sone as they haue harde it, Sathan cometh immedyatlye, and taketh e awaye the worde that was sowen in their hertes. And lykewyse they that are sowen on the stony ground, are they which when they haue harde the worde, atonce receyue it with gladnes, yet haue no rotes in them selues, and so endure but a tyme: and anone as trouble and persecucyon aryseth for the wordes sake, they fall immedyatlye. And they that are sowen amonge the thornes, are suche as heare the worde, and the care of this worlde and the deceytfulnesse of ryches, and the lustes of other thynges, entre in and choke the worde: and it is made vnfruytfull. And those that were sowed in good grounde, are they that heare the worde and receiue it, and bringeth forth fruit some thyrtye folde, some sixtye folde and some an hundrethe folde.

cauerint illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam. & dabat fructum emergentem & crescentem, & afferebat vnum tricinta, & vnum sexaginta, & vnum centum. & dicebat illis. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Cum autem cepissent esse soli, interrogauerunt eum hi, qui circum illum erant cum duodecim de parabola & dicebat eis. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. illis autem qui foris sunt, per parabolas omnia fiunt, vt videntes videant, & non cernant & audientes audiant, et non intelligant, nequando conuertantur, & remittantur eis peccata, & quomodo omnes parabolas cognoscetis.

Seminator ille sermonem semina. Illi vero sunt, quorum alii iuxta viam, dicuntur, vbi seminatur sermo, & cum audierint confestim venit Satanas, & aufert sermonem, qui seminatus est in cordibus eorum. Et alii sunt similiter qui in petrosa semen excipiunt, qui cum audierint sermonem statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in se, sed temporarii sunt, deinde cocta afflictione aut persequutione propter sermonem, confestim offenduntur. Et alii sunt qui in spinas semen excipiunt. Hi sunt qui sermonem audiunt, & solicitudines seculi huius, ac deceptio diuitiarum, cæteraq; rerum omnium concupiscentiæ introeuntes, suffocant sermonem, ac reddit sine fructi fer. Et alii sunt qui in terram bonam semen acceperunt qui audiunt sermonem & suscipiunt, & fructificant, & vnus aliud grænum quidem, aliud sexagenta, aliud centum.

Et dicebat illis: Num lucerna incenditur, vt subter modium ponatur, aut subter lectum? Nonne vt super candelabrum ponatur? Non est enim quicq̃ occultum quod non manifestetur, neque fuit secretum sed vt in propatulum veniat. Si quis habet aures ad audiendum, audiat. Et dicebat illis, Videte quid audiatis. Qua mensura metiemini, alij metientur vobis, & adijcietur vobis qui auditis. Qui enim habet, dabitur illi & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo faciat sementem in terram ac dormiat, atque ille exurgat nocte ac die: segetisque germinet, ac surgat in altum dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica: cũ autem productus fuerit fructus statim mittit falcem, quoniam adest messis.

Et dicebat. Cui assimilabimus regnum Dei aut collatione conferemus illud? Est sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra, & cum seminatum fuerit, exurgit, & fit maius omnibus oleribus & facit ramos magnos ita vt possint sub vmbra eius nidificare.

Et talibus multis parabolis loquebatur eis sermonem, prout poterant audire sine parabola vero non loquebatur eis: seorsum autem discipulis suis exponebat omnia. Et ait illis in die illo cum facta esset vespera. Transeamus in vlteriorem ripam. Et dimissa turba assumunt eum, ita vt erat in naui, sed & alię nauigabant cum illo. Et fit procella magna venti, & fluctus mittebat in naui, ita vt iam impleretur. Et erat ipse in puppi super cephalaion dormiens. Et excitant eum & dicunt illi: Magister non tibi curæ est quia perimus? Et exurgens increpauit ventum, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna. Et dixit illis: Quid timidi estis? Nondum habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad inuicem: Quis putas hic est quia & ventus & mare obedit ei?

Et venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. Et cum exisset de nauicula, statim obuiauit ei homo de monumentis, habens spiritum immundum, qui domicilium habebat in monumentis, & nemo iam eum poterat ligare, nec catenis quidem quia sæpe compedibus & catenis vinctus fuerat, & distracta a se catenarum vincula, & compedes comminutas habebat, & nemo eum domare poterat. Et semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat clamans & concidens se lapidibus. Et videns Iesum procul cucurrit & adorauit eum. Et exclamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? Adiuro te per Deum ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et respondit dicens: Legio mihi nomen est quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum ne extra regionem mitteret illos. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens. Et deprecati sunt eum omnes dæmones dicentes: Mitte nos in porcos vt in illos introeamus. Et statim permisit illis Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos, & impetu abiit grex per præceps in mare, erant autem quasi duo millia, & suffocati sunt in mari. Qui autem porcos pascebant fugerunt & nunciauerunt in ciuitatem & in villas. Et exierunt videre quid esset factum. Et venerunt ad Iesum & vident eum qui a dæmonio vexabatur sedentem & vestitum & sanæ mentis, eum qui habuerat legionem, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant quomodo factum esset a dæmonio & de porcis. Et cœperunt rogare eum vt discederet a finibus eorum. Et cum ascenderet nauem, cœpit rogare eum qui a dæmonio vexatus fuerat vt esset cum illo. Et non dimisit eum sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit & misertus sit tui. Et abiit & cœpit prædicare in Decapoli quanta fecisset illi Iesus, & omnes mirabantur.

Et cum transfretasset Iesus in naui iterum ad alteram ripam, congregata est turba multa ad eum & ipse erat ad mare. Et ecce venit vnus de archisynagogis nomine Iairus & videns eum procidit ad pedes eius & rogabat eum multum dicens: Filia mea in extremis est, vt veniens imponas manum super eam vt saluam fiat & viuat. Et abiit cum illo & sequebatur eum turba multa & comprimebant eum. Et mulier quædam quæ erat in fluxu sanguinis duodecim annis & multa passa a multis medicis & erogauerat omnia sua & nihil profecerat sed magis deterius habebat, cum audisset de Iesu venit in turba retro & tetigit vestimentum eius. Dicebat enim quia si vestimenta eius tetigero salua ero. Et statim siccatus est fons sanguinis eius & sensit corpore quia sanata esset a plaga. Et statim Iesus cognouit in semetipso virtutem quæ de illo exierat conuersus in turba dicebat: Quis tetigit vestimenta mea? Et dixerunt ei discipuli eius: Videsne turbam comprimentem te & dicis quis me tetigit? Et circumspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier autem timens & tremens sciens quod factum esset in se venit & procidit ante eum & dixit ei omnem veritatem. Filia inquit ei fides tua te saluam fecit vade in pace & esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquente venerunt a principe synagogi dicentes: Quia filia tua mortua est quid vltra turbas magistrum? Iesus autem statim vt audiuit verbum quod dicebatur ait archisynagogo: Noli timere tantum crede. Et non admisit quemquam sequi se nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi. Et venit in domum archisynagogi & vidit tumultum & flentes & ululantes multos. Et introgressus ait illis: Quid tumultuamini & ploratis? Puella non est mortua sed dormit. Et irridebant eum. Ipse autem eiectis omnibus assumit patrem puellæ & matrem & eos qui cum eo erant & introibat vbi puella erat iacebat. Et tenens manum puellæ ait illi: Talitha cumi quod est interpretatum puella tibi dico surge. Et continuo puella surrexit & ambulabat. Erat enim annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis ne cui dicerent hoc & dixit vt darent illi manducare.

Et egressus inde venit in patriam suam & sequuntur eum discipuli eius. Et cum sabbatum factum esset cœpit docere in synagoga. Et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes: Vnde huic hæc? Et quæ sapientia quæ data est illi? Et quæ virtutes tales per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius Mariæ frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in eo. Et dicebat illis Iesus: Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua & in cognatione sua & non potuit ibi virtutem vllam facere nisi paucis infirmis impositis manibus curauit & mirabatur propter incredulitatem eorum & circuibat castella in circuitu docens. Et conuocat duodecim & cœpit eos mittere binos & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Et præcepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tantum, non peram, non panem, neque in zona æs, sed calceatis sandaliis & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat illis: Quocunque introieritis in domum illam manete donec exeatis inde. Et quicunque non receperint vos neque audierint vos exeuntes inde excutite pulueres qui sunt sub pedibus vestris in testimonium illis. Amen dico vobis tolerabilius erit Sodomis & Gomorræ in die iudicij quam ciuitati illi. Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent. Et dæmonia multa eiiciebant & vngebant oleo multos infirmos & curabant.

Et audiit rex Herodes manifestum enim factum est nomen eius & dicebat: Quia Ioannes Baptista resurrexit a mortuis & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant: Quia Helias est. Alij autem dicebant: Quia propheta est quasi vnus prophetarum. Quem audiens Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem hic resurrexit. Ipse enim Herodes misit tenuit Ioannem & vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi & volebat occidere eum & non poterat. Herodes enim timebat Ioannem sciens eum virum iustum & sanctum & custodiebat eum & audito eo multa faciebat & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset quando Herodes natalem diem agebat conuiuium principibus suis & tribunis & primis Galilææ & introgressa filia ipsius Herodiadis & saltauit & placuit Herodi & simul discumbentibus rex dixit puellæ: Postula a me quodcunque volueris & dabo tibi. Et iurauit illi: Quia quicquid postulaueris dabo tibi licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset dixit matri suæ: Quid postulem? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ. Et introgressa statim cum festinatione ad regem postulauit dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus rex propter iusiurandum & propter simul discumbentes noluit eam contristare sed mittens spiculatorem imperauit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere & attulit caput eius in disco & dedit illud puellæ & puella dedit illud matri suæ. Et hoc audito discipuli eius venerunt & tulerunt cadauer eius & posuerunt illud in monumento.

Et conuenerunt apostoli ad Iesum & renunciauerunt illi omnia quæcunque fecerant & quæcunque docuerant. Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi & nec manducandi spatium habebant. Et abierunt in naui in locum desertum seorsum. Et videbant eos abeuntes & cognouerunt multi & pedestri itinere de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc & præcucurrerunt eos & conuenerunt ad eum. Et exiens vidit turbam multam & misertus est eis quia erant sicut oues non habentes pastorem & cœpit docere illos multa. Et cum iam hora esset multa accesserunt discipuli eius dicentes illi: Quia desertus est locus hic & iam hora est multa. Dimitte illos vt euntes in proximas villas & castella quæ circumiacent emant sibi quid manducent. Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus denariis ducentis panes & dabimus illis manducare? Et ait illis: Quot panes habetis? Ite & videte. Et cum cognouissent dicunt: Quinque & duos pisces. Et præcepit illis vt discumberent omnes secundum contubernia super viride fenum. Et discubuerunt in partes centenos & quinquagenos. Et accepit quinque panes & duos pisces & respexit in cælum & benedixit & fregit panes & dabat discipulis suis vt apponerent illis & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes & saturati sunt & sustulerunt reliquias duodecim cophinos plenos fragmentorum & de piscibus. Erant autem qui manducauerunt panes quinque millia virorum.

Et statim compulit discipulos suos ascendere nauem & præcedere eum trans fretum ad Bethsaidam donec ipse dimitteret populum. Et cum illis valedixisset abiit in montem orare. Et cum sero esset erat nauis in medio mari & ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando erat enim ventus contrarius eis & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare & volebat præterire eos. Illi autem cum vidissent eum ambulantem super mare putauerunt phantasma esse & exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt & turbati sunt. Et statim locutus est cum eis & dicit illis: Confidite ego sum nolite timere. Et ascendit ad illos in naui & cessauit ventus & plus intra se admirabantur & stupebant. Non enim intellexerant de panibus erat enim cor illorum obcæcatum.

Et cum transfretassent venerunt in terram Genesareth & applicuerunt. Et cum egressi essent de naui statim cognouerunt eum & circumcurrentes vniuersam regionem illam cœperunt in grabatis eos qui male habebant circumferre vbi audiebant eum esse. Et quocunque introibat in vicos aut in villas aut in ciuitates in plateis ponebant infirmos & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent & quicunque tetigerunt eum salui facti sunt.

Et conueniunt ad eum pharisæi & quidam de scribis venientes ab Hierosolymis & cum vidissent quosdam de discipulis eius communibus manibus id est non lotis panes manducantes vituperauerunt. Pharisæi enim & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus non manducant tenentes traditionem seniorum & a foro nisi baptizentur non manducant & alia multa sunt quæ tradita sunt illis tenere baptismata calicum & urceorum & lectorum & mensarum. Et interrogabant eum pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non ambulant secundum traditionem seniorum sed communibus manibus manducant panem? Ipse autem respondens dixit eis: Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis sicut scriptum est: Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas & mandata hominum. Relinquentes enim mandatum Dei tenetis traditionem hominum baptismata urceorum & calicum & alia similia horum multa facitis. Et dicebat illis: Bene irritum facitis mandatum Dei vt traditionem vestram seruetis. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam & qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri aut matri corban quod est munus quodcunque ex me tibi fuerit vtilitatis, & amplius non facitis eum quicquam facere patri suo aut matri irritum facientes verbum Dei traditione vestra quam tradidistis & similia huiusmodi multa facitis.

Et conuocata iterum turba dicebat illis: Audite me omnes & intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eum communicare sed quæ de homine procedunt illa sunt quæ communicant hominem. Si quis habet aures audiendi audiat. Et cum introisset domum a turba discipuli eius interrogabant eum parabolam. Et dicit illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest communicare eum quia non intrat in cor eius sed in ventrem & in secessum exit purgans omnes escas? Dicebat autem quia quod de homine exit illud communicat hominem. De intus enim de corde hominum malæ cogitationes exeunt adulteria fornicationes homicidia furta auaritiæ nequitiæ dolus impudicitia oculus inuidiæ blasphemia superbia stultitia. Omnia hæc mala de intus exeunt & communicant hominem.

Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis & introiens domum neminem voluit scire & non potuit latere. Sed statim audiens mulier de qua habebat filiam spiritum immundum intrauit & procidit ad pedes eius. Erat autem mulier gentilis Syrophœnissa genere & rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia sua. Et dicebat illi: Sine prius saturari filios. Non enim bonum est sumere panem filiorum & mittere canibus. Illa autem respondit & dicit illi: Etiam Domine nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et dixit illi: Propter hunc sermonem vade exiit dæmonium a filia tua. Et abiit domum suam & inuenit puellam iacentem super lectum & dæmonium exiisse.

Et iterum exiens de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapolis. Et adducunt ei surdum & mutum & deprecabantur illum vt illi manum imponeret. Et apprehendens eum de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius & exspuens tetigit linguam eius & suspiciens in cælum ingemuit & dicit illi: Ephphetha quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius & solutum est vinculum linguæ eius & loquebatur recte. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat tanto magis plus prædicabant & eo amplius admirabantur dicentes: Bene omnia fecit & surdos fecit audire & mutos loqui.

In diebus illis cum turba multa esset & non haberent quod manducarent conuocans discipulos suos ait illis: Misereor super turbam quia ecce iam triduum perseuerant mecum & non habent quod manducent & si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via. Quidam enim de illis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli eius: Vnde hos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogabat eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram & accepit septem panes & gratias agens fregit & dabat discipulis suis vt apponerent & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos & benedixit & hos iussit apponi. Manducauerunt autem & saturati sunt & sustulerunt quod superauerat de fragmentis septem sportas. Erant autem qui manducauerunt quasi quatuor millia & dimisit eos & statim ascendens nauem cum discipulis suis venit in partes Dalmanutha.

Et exierunt pharisæi & cœperunt conquirere cum illo signum de cælo tentantes eum. Et ingemiscens spiritu suo ait: Quid generatio hæc signum quærit? Amen dico vobis si dabitur generationi huic signum. Et dimittens eos iterum ascendit nauem & abiit trans fretum. Et obliti sunt panes sumere & nisi vnum panem non habebant secum in naui. Et præcipiebat eis dicens: Videte & cauete a fermento pharisæorum & fermento Herodis. Et cogitabant ad alterutrum dicentes: Panes non habemus. Et cognouit Iesus & dicit eis: Quid cogitatis quia panes non habetis? Nondum cognoscitis neque intelligitis? Adhuc cæcum habetis cor vestrum? Oculos habentes non videtis & aures habentes non audietis? Neque recordamini cum quinque panes fregi quinque millibus quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & septem panes quatuor millibus quot sportas fragmentorum plenas sustulistis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat illis: Quomodo non intelligitis?

Et venit Bethsaidam & adducunt ei cæcum & rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra villam & exspuens in oculos eius & imposita manu sua super eum interrogabat eum si quid videret. Et aspiciens ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius & cœpit videre & restitutus est vt clare videret omnia. Et misit eum in domum suam dicens: Vade in domum tuam & si in vicum introieris nemini dixeris.

Et egressus Iesus & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi & in via interrogabat discipulos suos dicens illis: Quem me dicunt homines esse? At illi dixerunt ei dicentes: Ioannem Baptistam alij autem Heliam alij vero quia vnus prophetarum. Et ipse interrogabat eos: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Petrus dicit ei: Tu es Christus. Et comminatus est illis ne dicerent de illo quemquam. Et cœpit docere eos quia oportet Filium hominis multa pati & reprobari a senioribus & principibus sacerdotum & scribis & occidi & post tres dies resurgere. Et palam verbum loquebatur. Et assumens eum Petrus cœpit increpare eum. Qui conuersus & videns discipulos suos comminatus est Petro & ait: Vade retro me Satana quia non sapis quæ Dei sunt sed quæ hominum. Et conuocata turba cum discipulis suis dixit illis: Si quis vult post me venire abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet illam. Nam qui perdiderit animam suam propter me & Euangelium saluam faciet illam. Quid enim prodest homini si mundum vniuersum lucretur detrimentum vero animæ suæ faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? Qui enim me confusus fuerit & verba mea in generatione hac adultera & peccatrice & filius hominis confundetur eum cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis.

Et dicebat illis: Amen dico vobis quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei venire in virtute.

Et post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem & ducit illos in montem excelsum seorsum solos & transfiguratus est coram eis. Et vestimenta eius facta sunt splendentia & candida nimis quasi nix qualia fullo non potest super terram candida facere. Et apparuit illis Helias cum Moyse & erant loquentes cum Iesu. Et respondens Petrus ait Iesu: Rabbi bonum est nos hic esse & faciamus tria tabernacula tibi vnum & Moysi vnum & Heliæ vnum. Non enim sciebat quid loqueretur. Erant enim exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos & venit vox de nube: Hic est Filius meus dilectus ipsum audite. Et circumspicientes continuo neminem amplius vidierunt nisi Iesum tantum secum. Et descendentibus illis de monte præcepit illis ne cui enarrarent quæ vidissent nisi cum a mortuis resurrexerit. Et verbum continuerunt apud se conquirentes quid esset cum a mortuis resurrexisset. Et interrogabant eum dicentes: Quid dicunt scribæ quod Heliam oporteat primum venire? Qui respondens ait illis: Helias cum venerit primo restituet omnia & quomodo scriptum est in filium hominis vt multa patiatur & contemnatur. Sed dico vobis quia & Helias venit & fecerunt ei quæcunque voluerunt sicut scriptum est in eum.

Et venientes ad discipulos vidit turbam multam circa illos & scribas conquirentes cum eis. Et statim omnis populus videns eum obstupuit & expauescebant & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit scribas: Quid conquirebatis cum eis? Et respondens vnus de turba dixit: Magister adduxi filium meum ad te habentem spiritum mutum. Et vbicunque eum apprehenderit allidit illum & spumat & stridet dentibus suis & arescit. Et dixi discipulis tuis vt eum eiicerent & non potuerunt. Qui respondens illi ait: O generatio incredula quousque apud vos ero? Quousque vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum statim spiritus conturbauit illum & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est ex quo hoc accidit ei? At ille dixit: Infantilis. Et frequenter eum in ignem misit & in aquas vt perderet eum. Sed si quid potes adiuua nos misertus nostri. Iesus autem dixit illi: Si potes credere omnia possibilia sunt credenti. Et protinus exclamans pater infantis cum lacrimis dicebat: Credo Domine adiuua incredulitatem meam. Iesus autem videns quod concurreret turba comminatus est spiritui immundo dicens illi: Spiritus surde & muta ego tibi præcipio exi ab eo & amplius non introeas in eum. Et exclamans & multum discerpens eum exiit ab eo & factus est sicut mortuus ita vt multi dicerent quia mortuus est. Iesus autem tenuit manum eius & erexit eum & surrexit. Et cum introisset domum discipuli eius secreto interrogabant eum: Quia nos non potuimus eiicere illum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio.

Et inde profecti transibant per Galilæam & nolebat vt quisquam sciret. Docebat enim discipulos suos & dicebat illis: Quia filius hominis traditur in manus hominum & occident eum & occisus tribus diebus resurget. Et ipsi ignorabant verbum & timebant eum interrogare. Et venit Capharnaum & cum domi esset interrogabat eos: Quid in via tractabatis? Qui tacebant. Erant enim in via ad alterutrum disputantes quis maior esset. Et sedens vocauit duodecim & dicit illis: Si quis vult primus esse erit omnium nouissimus & omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum & complexans eum dixit illis: Quicunque vnum de huiusmodi puerulis receperit in nomine meo me recipit & quicunque me recipit non me recipit sed eum qui misit me.

Respondit illi Ioannes dicens: Magister vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia & prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum. Iesus autem dixit: Nolite prohibere. Nemo enim est qui faciat virtutem in nomine meo & possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum nos pro nobis est. Quicunque enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo quia Christi estis amen dico vobis non perdet mercedem suam. Et quicunque scandalizauerit vnum de pusillis istis qui credunt in me bonum est illi magis si circumdatus mola asinaria in mare proiiciatur. Si manus tua scandalizat te abscide illam bonum est tibi debilem introire in vitam quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem. Vbi vermis eorum non moritur & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te abscide illum bonum est tibi claudum introire in vitam quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Vbi vermis eorum non moritur & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te eice illum bonum est tibi vnoculum introire in regnum Dei quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Vbi vermis eorum non moritur & ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur & omnis victima sale salietur. Bonum sal quod si sal euanuerit in quo illud condietis? Habete in vobis sal & pacem habete inter vos.

Et exinde surgens venit in fines Iudææ trans Iordanem & conueniunt iterum turbæ ad eum & sicut consueuerat iterum docebat illos. Et accedentes pharisæi interrogabant eum: Numquid licet viro vxorem dimittere? Tentantes eum. Qui respondens dixit illis: Quid vobis præcepit Moyses? At illi dixerunt: Moyses permisit libellum repudij scribere & dimittere. Quibus respondens Iesus dixit: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Ab initio autem creaturæ masculum & feminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit ad vxorem suam & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogabant eum. Et dicit illis: Quicunque dimiserit vxorem suam & aliam duxerit adulterium committit super eam. Et si vxor dimiserit virum suum & alij nupserit mœchatur.

Et offerebant illi paruulos vt tangeret illos. Discipuli autem increpabant offerentes. Quos cum videret Iesus indignatus est & dixit illis: Sinite paruulos venire ad me & nolite prohibere eos. Talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis quicunque non receperit regnum Dei sicut paruulus non intrabit in illud. Et complexans eos & imponens manum super illos benedicebat eis.

Et cum egressus esset in viam procurrens quidam & genu flexo ante eum rogabat eum: Bone magister quid faciam vt vitam æternam possidebo? Iesus autem dixit illi: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus Deus. Præcepta nosti: Ne adulteres ne homicidium feceris ne furtum facias ne falsum testimonium dixeris ne fraudem feceris honora patrem tuum & matrem. At ille respondens dixit illi: Magister hæc omnia obseruaui a iuuentute mea. Iesus autem intuens eum dilexit eum & dixit illi: Vnum tibi deest vade quæcunque habes vende & da pauperibus & habebis thesaurum in cælo & veni sequere me. Qui contristatus in verbo abiit mœrens erat enim habens multas possessiones. Et circumspiciens Iesus dicit discipulis suis: Quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt. Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. Iesus autem rursum respondens dicit illis: Filioli quam difficile est confidentes in pecuniis introire in regnum Dei. Facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum Dei. Illi autem amplius admirabantur dicentes ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? Intuens illos Iesus ait: Apud homines impossibile est sed non apud Deum. Omnia enim possibilia sunt apud Deum. Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te. Respondit Iesus & dixit: Amen dico vobis nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut matrem aut patrem aut filios aut agros propter me & propter Euangelium qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc domos & fratres & sorores & matres & filios & agros cum persecutionibus & in futuro vitam æternam. Multi autem erunt primi nouissimi & nouissimi primi.

Erant autem in via ascendentes Hierosolymam & præcedebat illos Iesus & stupebant & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim cœpit illis dicere quæ essent ei eventura: Quia ecce ascendimus Hierosolymam & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & senioribus & damnabunt eum morte & tradent eum gentibus & illudent ei & conspuent eum & flagellabunt eum & occidunt & tribus diebus resurget.

Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi dicentes: Magister volumus vt quodcunque petierimus facias nobis. Qui dixit illis: Quid vultis vt faciam vobis? Dixerunt ei: Da nobis vt vnus ad dexteram tuam & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem dixit eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo aut baptismate quo ego baptizor baptizari? Qui dixerunt ei: Possumus. Iesus autem dixit eis: Calicem quidem meum bibetis & baptismate quo ego baptizor baptizabimini. Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum est. Et audientes decem cœperunt indignari de Iacobo & Ioanne. Iesus autem conuocauit eos & dicit illis: Scitis quod hi qui videntur principari gentibus dominantur eorum & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita autem erit inter vos sed quicunque voluerit inter vos maior fieri erit vester minister & quicunque voluerit vestrum primus esse erit omnium seruus. Etenim Filius hominis non venit vt ministretur ei sed vt ministret & det animam suam redemptionem pro multis.

